Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



269

ultus erat. Et ois turba eor qui simul aderant ad spectaculu
istud et videbant que fiebant: percutientes pectora sua reuer
tebantur. Stabant autem omnes notti eius alonge et mulieres
que secute erant eum a galylea hec videntes. Et ecce vir nomine
ioseph qui erat de curia. vir bonus et iustus. hic non consen
serat consilio et actibus eor. ab arimathia ciuitate iudee q
exspectabat et ipe regnum dei. hic accessit ad pylatum et petiit
corpus ihu. Et depositum in volunt in sydone. et posuit eum in
monumento excisso. in quo nondum quisquam positus fuerat. Isia v.

Fres. Conuentibus. In cena dni. Ad Corinth.
vobis i vnum. iam non est dominicam cenam manducare.
vnusquisque enim suam cenam sumit ad manducandum. alius
quidem esurit. alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis
ad manducandum et bibendum. aut ecclam dei contemnitis et
confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis. laudo vos
in hoc non laudo. Ego enim accepi a dno quod et tradidi vobis.
quod dns ihs in qua nocte tradebatur. accepit panem et gras
agens fregit et dixit. accipite et manducate hoc est corpus me
um quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemoracionem.
similiter et calicem postquam cenauit dicens. Hic calix nouum testa
mentum est in meo sanguine. hoc facite quotiescumque bibetis in
meam commemoracionem. Quotiescumque manducabitis panem
hunc et calicem bibetis mortem dni annunciabitis donec veniat.
Itaque quicumque manducauerit panem vel biberit calicem dni indig
ne reus erit corporis et sanguinis dni. Probet autem se ipsum homo. et
sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat
et bibit indigne. iudicium sibi manducat et bibit non diiudi
cans corpus dni. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles.
et dormiunt multi. Quod si nos metipos diiudicaremus.